

Ad 5. Relativum non datur sine correlativo, ergo si pater esset constitutus per generativitatem, daretur unum relativum sine alio. Resp. dupliciter primo quod.

Non est in conveniens dari unum relativum sine alio. Exemp. Materia dicitur relative ad formam quam non habet, sed habebit. Secundo operatio relative dicitur respectu finis quem non habet.

Relativum unum datur sine alio.

Uterius prius realiter dicitur ad posterius antequam sit, ergo relativum præcedit correlativum.

Ideo dat Regulam Ioa. Bachonus, quod relativum esse simul dicitur dupliciter.

Relativa esse simul.

Vel secundum realem cœxistentiam, & hoc modo non semper sunt simul. Vel secundum realem cœxistentiam, & intelligentiam, & hoc modo sunt semper simul, semper medicus in operatione respicit finem, sanitatem, semper viatore. Sic respicit terminum.

Secundo modo. Nego quod datur alterum sine alio. Datur in ordine naturæ, non in ordine originis, ubi potentia est semper suo actui unita, sicuti sol, & lucere: Ignis, & calefacere: Terra, & gravitas, & similia. Hæc volui dicere. Habujstis quomodo essentia gene. In frequenti lectione, examinabo mentem Doctoris in 2. art. in quo quaerit. An in filio sit formalis terminus suæ productionis?

LECTIO VIGESIMA SECUNDA

In qua penditur art. 2. Joannis Bachonis in Dist. 5. 1. sent. An in filio sit Terminus formalis quo filius producatur passivè? Pro declaratione huius proponam quinque.

1. Quid sit terminus formalis.
2. Ponam conclusionem Doctoris.
3. Confirmationem.
4. Difficultates Henrici, Scoti, & aliorum.
5. Solutiones.

Quo ad primum de terminis quid significant. Certum est quod apud omnes sapientes terminus nil aliud ostendit, quam rei finem: distinctionem: ac divisionem: finem: quantitatis: distinctionem rerum, & divisionem Dominij. Ideo, Communitates: Civitates, & Respu. ponuntur in agris, & in extremis limitibus, & finibus lapides, signa, & scripturas tanquam termini quibus clare, & distinctè è cognoscuntur à singulis, propria dominia. Ideo Arist. 5. in Topicis Distinctionem vocavit terminum. Tum quia omnem rei quidditatem claudit: Tum etiam quia dividit, & distinguit speciem à specie. Uterius Terminus dicitur multipliciter. Nam dicitur.

- Primus per se significativus.
- Carthagorematicus.
- Consignificativus.
- Primæ intentionis.
- Secundarius.
- Vsitatus.
- Respectivus.
- Adæquatus.
- Totalis & Formalis.

Terminus per se significativus dicitur esse res, quæ ultra seipsam repræsentat aliqui intellectui Exemp. in homine: Animal, & lapide. Nam homo intellectui humano repræsentat rationale animal, & Animal repræsentat ens animarum, sensitivum, & motivum secundum appetitum, & locum, & lapis repræsentat corpus durum, terreum, & pedem, lædentem. Terminus Carthagorematicus dicitur esse ille conceptus qui tam per se, quàm cum alio idem semper repræsentat intellectui, ut homo siue in oratione siue per se, semper repræsentat Animal rationale. Terminus Consignificativus, vel syncath. est qui per se sumptus, nihil extra se significat, sed significat cum alio. Ut, omnis, nullus, extra se nil significant.

Terminus multiplex.

intellectui: si vero formatur cum nomine substantivo, aut verbo, determinat nomen substantivum stare pro omnibus, aut pro nullo. Exemp. si dixeris, omnis, & nullus, nihil extra se, offerunt intellectui. Si vero dixeris, Omnis homo currit: omnis, distribuit subiectum pro singulis hominibus.

Terminus Primæ intentionis dicitur esse conceptus primus, & immediatus fundatus ab intellectu supra rem, ut quando offertur intellectui terminus homo format immediate hunc conceptum, Animal rationale. Et quando dico Calum. Significo statim corpus in corruptibile.

Terminus Secundæ intentionis est conceptus formatus ab intellectu mediante primo conceptu. Exemp. ex ipso homine qui dicitur animal rationale fit alius conceptus quod sit prædicabile de pluribus differentibus numero inquit. Ratio. Postquã animaduerit, quod in ratione qua est animal rationale mortale convenit omni contento sub illo, & per consequens prædicatur inquit de illo, tunc format, secundum conceptum, quod natura hominis, est prædicabile de suis individuis in quid.

Gerson. p. 4. le. 2. que incipit. Paniterni. com. 6.

Terminus Vsitatus dicitur esse vox approbata à Sapientissimis Philosophis, & Theologis. Ideo Devotissimus Gerson dicebat cavendum est ne nimia licentia quis utatur usurpando voces inusitatas. Ratio. Quia sunt in causa multorum errorum. Astipulatur Scotus dicens. Quod loqui oportet præcisissime sobrietate, & veritate. Et licet legamus apud Doctores per illustres nomen causæ, & alia quæ pariter difficultatem, oportet tamen non sequi, sed statim interpretari. Hinc licet Augustinus Damascenus, & Richardus, admitterent aliquando nomen causæ in divinis dicentes, Pater est causa Filij, & Hylarius dixerit Patrem maiorem esse Filio Auctoritate. Et Augustinus dixerit Deum assumpsisse hominem: In mo Ecclesia, hoc canit. Tu ad liberandum suscepturus hominem non. Nihilominus nos nõ debemus uti illis, sed illa explicare orthodoxe. Quoniam nomen causæ arguit actionem, & passionem: Arguit materiam, quia non sunt in divinis.

Terminus Respectivus est terminus, & fundamentum relationis, vel correlativum, respectu relativi: Vt terminus patris est filius, & spiritus sanctus est Terminus utriusque.

Terminus Transmutationis dicitur esse accidens respectu subiecti. Exemp. in quantitate erit auctio, ut octo pedum, in linea. In qualitate caliditas, vel albeitas, vel affectio similis.

Terminus Adæquatus in generando dicitur esse filius, alioquin generatio eius esset imperfecta, ut inquit Doctor Noster in 7. art. 3. ratione. 2. Ideo non potest pater producere aliud individuum, per modum generationis.

Terminus Totalis dicitur esse compositum quod recipit esse simpliciter, per generationem quo ad istam entitatem tertiam, quia non partes recipiunt esse, cum præferunt. Nam materia, & forma præferunt.

Terminus